tatibus, et cum hoc constanter et fortiter custodirent, adfuit eis continuo et ia
dinutur; et bonum propositum puerorum ad finem peruocat gloriosum; uides
ergo q(uonia)m qui se ipsum non laedit, ab alio non potest laedi. Ecce enim in his pue
ritia captiuitas, solitudo seruitus, potestas purgiens imperia dura metus
mortis, uis tyrannica, terrorque barbaricus; uicinus uero aliquis propinquus
proximus aut ciuis nullus, nulla bonorum monita, nulla solatia, et horum om
nium nihil omnino fuit, quod eos laederet, quos propositus et animus proprius
non laedebat; quin immo et e contrario cum omnibus his quae supra enume
rauimus in patria adhuc solo positus ille populus uteretur, prodesse ei tot ex
trinsecus adminicula nequiuerunt ad animi uirtutem; quod eum propria
prodebat et deiciebat ignauia; sed interim pueri nostri primo omnium glo
riosum istum obtinuere certamen, ne contaminarentur cibis inmundis;
et in hoc subacto et calcato tyranno ad alia producuntur celsiora et nobiliora
certamina proponitur; namque eis multo dirior, sceleratior illa priore condi
tione; fornax igne succenditur barbaricę in eos turmę ipso tyranno sequente
consurgunt; Commouetur omnis fer[tres caldeorum] persis et ad decipiendos pueros ratio
inplacabilis et dira consurgit; musica diuersa praeparantur, nouoque cru
delitatis inuento musicis ignis et flamma coniungitur, paenarum minae
terrorque mortis cum uoluptate miscetur; et tamen q(uonia)m qui semet ipsos non produnt,
Sed quod in sua potestate e(st) exequuntur et agunt, laedi a nullo alio potuerunt;
Quin immo et clariores ad hoc reddunt, coronasque nunc nobiliores sumunt mul
to quam dudum; uinxit quidem eos nabuchodonosor et misit in fornacem ignis,
sed laedere nihil potuit; immo et magnifice profuit, maioram namque eis gloriam
tyrannica crudelitas adquesiuit; in medio enim fornacis positi et barbarico in eos
incendio plus quam flamma fornacis ardentes clarissimam magnificam que de hoste
sumsere uictoriam, et tres pueri captiui totam gentem cum rege pariter miraculi mag
nificentia duxere captiuos, quorum gloria saeculis omnibus canitur et canetur.
Si ergo quis sibi ipse non nocuit, alius ei nocere non poterit; non enim cessabo frequen
tius professionis meae titulum recensere; Si enim ut supra iam diximus neque cap
tiuitas neque seruitus, neque solitudo, neque patriae amissio, et proximorum neque
mortis neque incendia, neque exercitus, neque tyrannus crudelissimus, tres pue
ros tenere adhuc aetatis captiuos seruos peregrinos laedere potuit aut deicere, quid
est quo possit aliquando animi uirtus infringi. Sed dicis, et adfuit et ipse eos de
incendio liberauit; et tu quidem si facias omnia quae in te sunt, sperare debes.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0314